delectaris legi eius: et hoc in te arguis quod lex ei arguit: et tu in te tibi displicet quod et oculis dei displicet: vide ergo iustus es. Ex quo autem lapsus fecisti ea quod displicet deo: et fragilitate quodam infirmitatis humane plaberis in illa: et adhuc portas infirmitatem carnis: et gemis cuiusdam reluctatōis conscientia: ex hac pte iniquus et pectoris es. Quod inquit ex quadam pte iustus: ex quadam pte pectoris. Quid est quod dicis? Laboramus: videmur loqui contraria nisi nobis subueniat apostolica auctoritas. Audi illud ab apostolo neminem malum intellector accuset: Cōdelector enim inquit legi dei secundum interiorē hominē. Ecce iustus: An non est iustus qui cōdelectat legi dei? Si ergo pectoris. Videamus aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis mee: et captiuū me ducēt in lege peccati. Adhuc bellum aduersus me gero: non dum sum totus instauratus. Ad imaginē fabricatoris mei: cepi resculpi: et ex ea parte qua reformor displicet mihi quod deformē ē. Ergo ergo ita sum quid spero? Infelix ego homo: quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei per Iesum christum dominum nostrum? Gratia dei que cepit iam resculpere? Gratia dei quod infudit suavitatem; ut iam per interiorē boiem cōdelecteris legi dei: inde cetera sanabuntur: vñ et ista sanata sunt. Heme adhuc vulneratur: castiga te: displice tibi. Non sic pugno inquit quasi aerem cedens: sed castigo corpus meum et in servitutē redigo: ne forte alijs predicantis ipse reprobis inueniar. Numquid qui castigat corpus odit corpus? Si quis castigat filium odit seruum? Siquis verberat filium odit filium? Et ut aliqd pīnctū eloquuntur: caro tua tanquam coniuncta tua est. Hoc apostolus dicit: Nemo vñ carnem suam odio habuit: sed nutrit et souet eam: sicut et christus ecclesiam. Certe caro tanquam coniuncta est: et nemo carnem suam odio habet: Lamē quid alio loco? Caro concupiscit aduersus spūm: et spūs aduersus carnem. Cōcupiscent aduersus te: tanquam pīnctū tua: amia et castiga donec fiat in una reformatio: una pīcordia. Si istud erit: quoniam mō clamas: Infelix ego homo: quod me libebit de corpore mortis huius? Numquid separabit a te hoc corpus: et tunc securus eris? Et quod ē in nobis metūs ingemiscim⁹: adoptiōem expectantes redēptōem corporis nostri? Regatur ergo a mortalitate ad in mortalitatē: et iam non resistit: quia non est mortalitas quod resistat. Propterea castiga corpus tuum: mō

## CXL

domia quod postea recipias: modo deficiat et tunc sufficiat: Nam in hac vita reparari non potest diu mortale gerit. Non te depopnat: non te abrupat: porta: erudi: castiga repabit in fine. Et quia nemo vñq̄ carnem suam odio habuit: resurget et caro. Sed quod etiam tunc luctaturus sumus: Oportet inquit corruptibilem: et mortale hoc induere immortalitatem. Ergo cōdicit: emēdabit me et arguet me: siue sit frater: siue sit p̄ximus: siue sit vicinus: siue tu ipse: in misericordia debes argui et emēdati. Oleum autem peccatoris non impinguet caput meum. Sed quod facio dicis mihi? Spatior adulatores: non cessant pretereundit laudat in me quod nolo: que ego p̄cipito laudant in me: quod ego carū habeo reprehendit in me: adulatores: fallaces: deceptores. Nam agnus vir ille: verbi grā: Laisene⁹: magnus⁹: doctus: sapiens. Sed quare christian⁹? Nam magna doctrina: et magna fides: et magna sapientia. Si magna sapientia: approba quod christianus es. Si magna doctrina: doce legit. Postremo quod tu vituperas: sed placet quae laudas. Sed quod Laudatio illa non inducat: oleum peccatoris est. Sed non cessat dicere: si inde impinguet caput tuum: id ē noli gaudere ad talia: id ē noli amare: noli consentire: noli inde gratulari. Et si ille attulit oleum adulationis: sed caput tuum integrum mansit: non inflatum est: non tumuit. Si enim inflatum fuerit et tumuerit: facit pondus et percipabit te. Oleum ab pectoris non impinguet caput meum. **¶** **Q**uoniam adhuc et oratio mea in beneplacitis eorum: Expecta mō me vitupant aut christus. In primis temporibus christianorum vndeque reprehēdebatur christiani. Adhuc expecta: et oratio in ea in beneplacitis eorum erit. Veniet tempus quā superent hominum milia tundentium sibi peccatos et dicentium: Dimittite nobis debita nostra sicut et nos dimittim⁹ debitoribus nostris. Nam quid remaserit qui sibi erubescit peccatum? Ergo reprehēdat: tolerem⁹: reprehendant: oderint: accusent: detrahant: adhuc et oratio nea in beneplacitis eorum. Veniet tempus quando oratio mea placebit illis. Erigent enim se quasi iusti viri⁹ suis: vincetur in lucta: quia superbe se eruerunt: elidētur: trabentur a peccatis: videbunt se iniquos: implebūtur que dicta sunt prophetas: incipiet timeri iudicis: queretur se anime acies ad conscientiam peccatoris et placbit illa oratio: Dimittite nobis debi

## Psalmus

ta nostra sicut et nos dimittim⁹ debitorib⁹ nostris. O verbosa defensio iniqtatis. Cer te iam hoc populi dicunt: et populori pe citora tū dentium tonitruus non quiescit. Recte nubes tonat in quibus iā habitat deus. Ebi ē illa verbositas: vbi est illa iactantia: iustus sū nihil mali feci. Lerte cū in scripturis sanctis fueris contemplatus normā iusticie: q̄tūcūq; p̄ficeris inuenies te peccatorē. Profecisti: iam vñū dñi colis: optie: nō fornicularis ab eo ad idola: ad mathematicos: ad sortilegos: ad aruspices: ad augures: ad maleficos: ista enī fornicatio est a dño deo: iam es in aliquo numero membrorū christi: Jam incipe vi dere etiam illa peccata societatis hūane: Non occidis quēc̄: nō adulteras cuiusq; vxorem: nō vxori tue cūdō ad alteram iniuriā facis: nō vlla pessima corruptela te cōtaminas: abstinuisti manū a furto: linguaq; a piurio: cor a p̄cupiscendo rem p̄xi mi tui: iam iustus es. Attende cetera: noli iā supbire. Nihil ne peccas in lingua: Nō plaberis in verbū durum: Sed qđ magnum dicas: Quid magnū: Qui dixerit fra tri suo fatue: reus erit gehenne ignis. Cō tremiscit iā tota illa supbia. Ecce iā n̄ val de facit vñ de⁹ videat inpietate aliq; blasphemari. Nō irruit in aliquā ledēdū: non facit alteri qđ pati non vult. Quid de lingua: Quis illā domat: Sz ecce iā frenasti et ipsam: qđ quis tantus vt hoc omnino perficiat: Sed ecce iam et ipsam frenasti: quid facis de cogitationibus tuis: Quid facis de tumultu: et caterua rebellatiū de sideriorū: Nō eis das mēbra. Ita credo et video: sed tamē cogitationes aliqui inclinā tur: et afferunt se plerūq; in oratione genibus fixis: Corp⁹ p̄sternis: collū curuas: confiteris peccata: deum adoras. Video corpus vbi iaceat: quero vbi volitet animus. Video mēbra iacētia: videamus si stat conscientia: videam⁹ si fixa est in eum quē adorat. Sic aut̄ cogitationib⁹ plerūq; tanq; estu maris arripitur: et tēpestate tol litur in aliud atq; aliō: Nō modo si mecum lo queris et subito auerteres te ad suū tuū: et dimitteres me: nō dico a quo aliqd petebas: sed cum quo ex equo loquebaris: nō mibi iniuriam factā deputarem. Ecce qđ facis quotidie deo: Qualez mō diri frēs: iam eum qui solum dñi colit: qui christus cōfitetur: qui patrē et filii et spiritū sanctū vñū dñm nouit: qui nō post eū fornicat:

qui nō adorat demones: qui auxilia sibi a diabolo nō requirit: qui tenet ecclesiā cā tholicam: de cuius fraude nemo cōqueri tur: de cuius pressura nō gemit vicinus in firmis: qui vxorem alienāz nō tēptat: qui contentus est sua: aut qui nec ip̄a sua: sed quō licet et quō permittit apostolica discipula: vbi consensus est amborū: aut vbi nō dñ ducta ē: Qui iā talē dēphēdit: tñ in istis q̄ iam dixi. Tlenit ḡ tēpus qđ dictū ē: adhuc et oratio mea in beneplacitis eoz: siue quā docuit: siue quā interpellat p nobis. In istis ergo quotidianis p̄tis omnibus que sp̄es est: nisi humili corde dicamus in oratione dñica que iā in beneplacitis nostris est: non defendētūm peccata nostra: sed p̄fitentū: Bimitte nobis debita nostra: sicut et nos dimittimus debitorib⁹ nostris: et aduocatū habeam⁹ apud patrem Iesum christū iustū: vt ip̄e sit p̄petratio p̄ peccatis nostris: Nō modo loquāt supbi: vincitur numero: vincitur populū: tota terra a solis ortu usq; ad occasū laudate nomē dñi. Quid faciūt pauci aliter disputātes: Judices sūt ipiorū. Sz quid ad te: Vide quid sequitur. Absorpti sūt iuxta petra iudices eoru. Quid est absorpti sunt iuxta petrā: Petra aut̄ erat christ⁹. Absorpti sunt iuxta petrā. Juxta: id est cōpati iudices magni: potētes: docti: Ipi dicitur iudices eoz: tanq; iudicātes de moribus: et sentētiā p̄ferentes. Biret h̄risto: eles: adiuge illū petre: et absorptus est. Quis est Aristoteles: audiant. Biret christus: et apud inferos cōtremiscit. Biret h̄ythagoras: dixit hoc Plato: adiuge illos petre: compara auctoritatē illorū auctoritati euāgelice: cōpa inflatos crucifixio: dicamus eis: Elos l̄ras vestras p̄scri p̄sistis in cordibus supborū: Ille crucē suā fixit in cordib⁹ regū. Postremo mortuus est et resurrexit. Mortui estis: et nolo querere quēadmodū resurgatis. Ergo absorpti sunt iuxta petrā istā iudices eoz. Tā diu vident aliqd dicere: donec cōparent petre. Propterea si inuēt⁹ fuerit aliq; eoz hoc dixisse quod dixit et christus: gratula mur illi: nō sequimur illū: Sed prior fuit ille qđ christ⁹: Sz qui vera loquit⁹: prior est qđ ip̄a veritas: O homo attende christū: non quando ad te venerit: sz qđ te fecerit. Potest et egrotus dicere: sed p̄i⁹ ego cēcidi in lectum qđ medicus ad me venisset: Atiq; ideo ille posterior venit: qđ tu prior

# psalmus

cecidisti. Vide etiam textum psalmi: Ad  
hoc et oratio mea in bñplacitis eorum. Sed  
erunt multi qui tradicant: Absorbi sunt iux-  
ta petra iudices eorum. Quid gerit? Au-  
dient verba mea quoniam pualuerunt:  
Preualuerunt verba mea: verbis eorum. Bi-  
cta sunt ab eis quedam diserte: sed a me vera.  
Aliud est laudare loquacem: aliud laudare  
veracem. Audient verba mea quoniam pualue-  
runt. Unde pualuerunt: Quis eorum apprehesus  
est in sacrificio: cum his legibus ista prohibe-  
rentur: et non negavit: Quis eorum cõphesus  
est adorare idolum: et non clamauit non fecit: et  
timuit ne puniceret: Tales ministros dia-  
bolus habebat. Unde autem pualuerunt verba  
domini: Ecce ego mitto vos sicut agnos in me-  
dio luporum. Hoc timere eos qui occidunt  
corpus: aiam autem non possunt occidere: sed po-  
tius eum timete qui corpore et aiam potest mit-  
tere in gehennam ignis. Hoc timore: sub-  
iecit spiritum: inflammat caritatem. Nolite in-  
quit timere mortem. Mortem timetis: Non  
morior. Ne vel capillus vester pereat for-  
midatis: Pausus integer in carne resurgo.  
Merito audistis verba eius quoniam pualuerunt.  
Ducebatur: occidebat: cadebat et stabat.  
Et quid est factum de tot mortibus martyrum:  
nisi ut ipsa verba pualerent: et tamen irrigata  
terra sanguine testium christi pullularet ubi-  
que seges ecclie: Audiet inquit verba mea  
quoniam pualuerunt. Unde pualuerunt: Unde diximus:  
cum predicatur a non timentibus. Quid non  
timentibus: Nec exilia: nec damnatio: nec mor-  
tem: nec crucem. Non enim nec morte solam:  
sed nec crucem: qua morte nihil videbatur  
excrabilius. Nam dñs suscepit: ne disci-  
puli eius morte quod non timerent: sed nec ge-  
nus mortis horrescerent. Ergo a non timen-  
tibus cum dicunt: hec pualuerunt. Quid er-  
go mortes ille omnes martyrum: Quid fecerit:  
Audi. Sicut crassitudo terre dirupta  
est super terram. Dissipata  
sunt iuxta infernum ossa nostra: Jux-  
ta infernum dissipata sunt ossa martyrum: id est  
corpora testium christi. Occisi sunt enim marty-  
res: et quasi pualuerunt qui occiderunt. Preua-  
luerunt illi presequendo: ut pualerent ymba christi  
predicando. Et quid factum est de mortibus  
sanctorum: Sic crassitudo terre dirupta est  
super terram: Dissipata sunt iuxta infer-  
num ossa nostra. Quid est crassitudo terre  
dirupta est super terram: Alioquin crassitu-  
dinez terre contemptibilia quecumque esse. Que  
sunt quasi contemptibilia hominis: secundum

<sup>Elia Ifa.</sup>  
pauuerunt

<sup>Elia Ifa.</sup>  
tempita

<sup>Elia Ifa.</sup>  
secus

# CXL

terram. Num dictum est in quodam psalmo:  
Iacuisse mortes sanctorum: et non sunt qui se  
pelirent. Sed ille omnes mortes facte sunt  
crassitudo terre. Quod accipit terra quicunq;  
pinguedinem de rebus contemptibilibus et  
abiectis: sic ex eo quod temptavit hic mundus  
acepit crassitudinem terre: ut inde seges ec-  
clesie feracius pullularet. Jam nostis fra-  
tres quod contemptibilia terre huius: de quibus  
pinguedat terra: nec appellare volo: nec di-  
cere decet. Talis est quedam sagina terre: et  
quedam pinguedo: et temptabile est hoibus  
et quasi sordidus est et abjectus. Sed quid se-  
cit hic: ut iam et ipsius verbis utar: Be ter-  
ra erexit in opere: et de stercore exaltauit pau-  
perem: ut collocaret eum cum principibus: cum  
principibus populi sui. Prostratus est enim in  
terra: tanquam pinguedo terre: disruptus est su-  
per terram. Sicut iacuit ille Lazarus vidente  
sus: sed tamquam ab angelis sublatus est in si-  
num Abrae. Preciosa est in prospectu domi-  
ni mors sanctorum eius. Sicut contemptibi-  
lis est seculo: ita preciosa est agricole. Mo-  
uit enim ibi utilitatem et uberem succum: et no-  
uit quid affectet: et quod eligat: non seges ferti-  
lis surgat: sed contemptus est iste mundus. Ne  
scitis quod contemptibilia mundi elegit deus: et ea  
que non sunt tantum quae sunt: ut ea quae sunt euacua-  
rentur. Be stercore erectus Petrus et pau-  
lus: et cum occiderent persternebantur. Homo  
tamen saginata inde terra: exurgente segete ec-  
clesie: Ecce quod est nobile et principium in mu-  
ndo: imperator: venit romam: quo festinat: ad  
tempulum imperatoris: an ad memoriam pisca-  
torum: Sicut crassitudo terre disrupta est su-  
per terram: dissipata sunt iuxta infernum ossa  
nostra. <sup>Elia Ifa.</sup> Quoniam ad te dominus oculi mei: in  
te speravi: ne auferas aiam meam. <sup>t Quia.</sup>  
Cruciati sunt enim in persecutis: et multi  
desecerunt. Et quod de captivitate persecutis  
dixit: sicut crassitudo terre disrupta est su-  
per terram: Dissipata sunt ossa nostra iuxta in-  
fernū: occurrit multos defecisse: et multos  
glicitatos esse: et tantum in mediis tribulatio-  
nibus persecutum emissa est vox precantis:  
quoniam ad te dominus oculi mei. Non vero quid mi-  
nentur qui circumstant: ad te dominus oculi mei.  
Plus figo oculum in permisso tuis: quod in mi-  
nis eorum. Nowi quid pro me passus sis: quod  
mibi permiseris. Ad te domine oculi mei: in  
te speravi ne auferas aiam meam. <sup>Elia Ifa.</sup>  
Iusti me a muscipula quam statue-  
runt mihi. Que erat muscipule: Si co-  
sentis pro: In muscipula posita est esca vi-

## Psalms

te huius. Si amat quis hanc escam: cadit  
in muscipula. Si autem quis talis est ut dicat:  
et diem hois non cōcupiū tu scis: oculi eius  
non recedunt a deo: et ipse euellet de laqueo  
pedes eius. Custodi me a muscipula quam  
statuerunt mihi. Et ab scandalis qui  
operantur. Alia lta.  
ta. opantur iniquitate. Quas res dixit:  
ambas ut se distinguendas: muscipula sta-  
tuuisse persecutores dixit: scandalum vero ab  
eis qui consenserunt et apostatauerunt: Et ex  
utroque vult se custodiri. Hinc semper munera  
tes: hinc labores pietatis. Timeo ne talis  
sit iste quem tunc: ne talis sit iste quem imiter.  
Hec tibi facio si non consenseris: Custodi me  
a muscipula quam statuerunt mihi. Ecce fra-  
ter tuus iam consensit: et ab scandalis eorum  
qui opantur iniquitate. Cadent in re-  
tia eius peccatores: Quid ergo fratres:  
Cadent in retia eius peccatores: sed non oes-  
peccatores: Quidam peccatores qui usq[ue] adeo  
sunt peccatores: ut sic ament vitam istam ut  
ponant illam vite eternae: cadent in musci-  
pula eius. Sed quid dicis: Putas isti ta-  
les cadunt in retia eius: Sed quid de dis-  
cipulis tuis o christe: Ecce cum ferueret pse-  
cutor: quando dimiserunt te omnes soli: et ie-  
runt unusquisque in sua: predictisti hoc quia  
preuidisti. Non enim quia tu preuiciasti: tu fe-  
cisti: aut tu in quoque te negasti. Sed ecce  
illi qui tibi cohabant in tua temptatione  
et persecutio: qua te inimici req[ue]rebant cru-  
cifigendū defecerunt: et unus ille audax: q[ui]  
tibi pmiserat: quia tecum esset usq[ue] ad mor-  
tem: audiuit quidem a medico quod in se age-  
ret egrotus. Febris se enim sanū dixerat:  
cordis venam ille tangebat. Ventus est ad  
temptationem: ventus est ad probacionem: ve-  
nitus est ad accusacionem: et iam ipse interro-  
gatus: non ab aliqua magna potestate: ab  
infimo mācipio et hoc a semina: ab ancilla  
infrogata succubuit. Negauit ter. Semel  
negato cum memoraret: negauit iterum. Bis  
negato cum memoraret: negauit tertio. Hoc  
predixerat dominus: non precepit: non coegerat.  
Aut si ppterera putatur Petrus recte se-  
cisse: quia hoc predixerat dominus: recte fecit et  
Judas qui tradidit eum: quod et hoc predixe-  
rat dominus. Absit fratres mei: hec vox illorum  
electorum est qui etiam pecta sua desiderunt potius  
quam satentur. Petrus ipsum potius attendam.  
Si nihil peccauit quare fleuit: Non interro-  
gamus de Petro: nisi lachrymas Petri:  
fideliores testes de illo non inuenimus. Fle-  
uit amare inquit. Non solum idoneus erat pas-

CxL

sioni: Seq̄r̄ me postea illi dictū erat. Ad-  
huc futurus erat firmus & firmatus dñi re-  
surrectiōe. Ergo nōdū erat tempus ut di-  
spergetur illa ossa iuxta infernū. Nam vi-  
dete: q̄ multi defecerūt vsq; ad ipos pri-  
mos berentes ori eius: etiā ipsi defecerūt.  
Quare hoc. **S**ingularis ego sū  
donec trāseam. Hoc enī sequit in psalmo.  
Supra dixerat: custodi me dñe a miscipu-  
la quā statuerūt mihi: et ab scandalis qui  
opantur iniquitatē. A miscipula et a scā-  
dalib; et a terrentib; et a lapsis. Sed quia  
in ei⁹ passiōe etiā illi primi qui futuri erant  
duces ecclie: et colſine terre defecerāt: nō  
dū factuz erat qđ ait in alio psalmo: Ego  
confirmavi colſinas eius. Quid ait: Sin-  
gularis ego sum donec trāseam. Hec vox  
ex pſona capit̄is: singularis ego sū donec  
transeam. Quid est singularis? In passio-  
ne tu solus pateris: tu solus occideris ab  
inimicis. Singularis ego sū donec trāseā.  
Quid ē donec transeā? Euāgelista dicit:  
Cū ait venisset hora vt Iesus transiret de  
hoc mundo ad patrē. Quid ē ergo donec  
transeā: nisi de hoc mundo ad patrē? Tunc  
enī confirmabo columnas eius: id est co-  
lumnas terre: q̄s in mea resurrectiōe didi-  
cerint plene mortē nō esse timēdā. Donec  
ergo trāseaz singularis sum. Cū transiero  
multiplicabor: Multi me imitabūt: multi  
patient̄ in noīe mico. Tnus ego sū donec  
trāseam: multi in me vn⁹ erūt dū trāsiero.  
Singularis ego sū donec trāseam. Audite  
etiā mysteriū vbi ei⁹. Scdm grecā locutio-  
nē pascha videt passionē significare. Τας  
χειρ̄ enī pati dicit: Scdm hebreā aut lin-  
guā sic interptati sit q̄ noueft: pascha trā-  
situs interptatur. Nā et si interrogetis be-  
ne grecos: negāt grecū eē pascha. Sonat  
ibi qđē τας χειρ̄: id est pati: b̄ nō solet sic  
deflecti. Passio enī τασσοσ grece dicitur:  
nō pascha. Ergo pascha sicut dicit q̄ no-  
uerūt: et qui nobis qđ legeremus interpt̄a-  
ti sunt: trāsitus interptatur. Ideo ventura  
passione dñi: tāq̄ ipo verbo loq̄retur euā-  
gelista: Cū venisset iqt hora: vt trāsiret Je-  
sus de hoc mundo ad patrē. Pascha hic  
ergo sonuit in hoc versu: singularis ego sū  
donec transeam. Post pascha iam nō ero  
singularis: post trāsitu nō ero singularis.  
Multi imitabūt: multi cōsequētur. Et si  
postea sequētur: qđ erit: Singularis ego  
sum donec transeā. Quid ē qđ dñs ait in  
hoc psalmo: singularis ego sū donec trās-

## Psalmus

cam. Quid est quod exposui? Si intelleximus: attende ipsius verba in euāgeliō: Amē amē dico vobis inq̄t: nisi granū frumenti cadens in terrā mortuū fuerit ipsū solū manet: si aut̄ mortuū fuerit multū fructū affert: hoc ibi ait: vbi etiā dixit: Lū exaltatus fuero a terra oīa trahā ad meipm. Nisi granū frumenti inq̄t cadens in terrā mortuū fuerit ipsū solū manet: si aut̄ mortuū fuerit multū fructū affert. Ergo illi granū multa seges debebat: sed expecta: mortificetur adhuc: quia granū nūl in terrā cederit et mortificatū fuerit solū remanet. Ergo solus erat anteq̄z esset mortificatus. Propterea et Petri nōdū habebat tales vires: accepturus erat vires sequēdi: non habebat pcedendi. Propter christū enī: id est ppter confessionem noīs christi quo christiani sum⁹: nemo mortuus est aī chri- stū: ne forte occurrat nobis: multi enī mor- tu sunt et martyres sunt: multi et ppbete talia passi sūt: nō tamē ideo morebant q̄ prenūciabant christū: sed quia peccata ho- minū dicebant in eos: et eorū iniquitatib⁹ liberius resistebāt: et habent inter marty- res. Juste etenī si nō p nominis christi cōfessione: tamen pro veritate occisi sūt. Usq̄ adeo aut̄ pro ipso nomine: id est p pfectiōne noīs christi nemo mortuus est: aīq̄ granū illud caderet in terrā: cuius ex psona dictū est: singularis ego sum donec trā- seam: vt et ipse Johānes qui recens inter- sectus erat: ab iniquo rege donatus puel- le saltatrici: nō ppter hoc interfactus esset quia confessus est christū. Potuit itaq̄ et inde occidi ei hoc a multis: Si ppter aliud occisus est ab uno: quāto pot⁹ ppter chri- stū potuit occidi ab ip̄s qui occidēt chri- stū: Perhibebat enī christo testimonium Johānes. Illi qui audiebāt christū ip̄m occidere volebāt: et eū qui testimonium ghi- bebat nō occidebāt. Quia enī si fieret im- petus ppter christū in Johānem: nō nega- ret. Erāt q̄ppe in illo vires magne quibus appellatus est amicus spōsi. M̄agna in il- lo gra: magna excellētia: int̄ natos mulie- rū nemo exurrexit maior Johāne bapti- sta. Ergo in illū ipetus factus est q̄ nō ha- bebat tales vires. Sit et impēt⁹ in Petrū: nō sit in Johānem. Etenī vires ipsas p- te post accepit: tūc infirm⁹ fuit. Pro chri- sti nomine ille interrogat qui vires nō ha- bebat. Ille qui habebat vires: nō patit p- secutiōem ppter christum: ne pro nomine

## CXLI

christi aīcederet christū. Non occiditur a iudeis qui ghibebat libēz testimoniuū chri- sto q̄ē occiderūt iudei: et occidit ab He- rode quia dicebat ei: non tibi licet habere uxorem fratris tui. Neq̄ enī frater eius si- ne posteritate decesserat. Pro lege quidē veritatis: pro equalitate: pro iusticia: ideo sanctus: et ideo martyr: sed nō tñ pro illo nomine quo christiani sum⁹. Quare hoc: nīl ut impleretur: singularis ego sum do- nec transeam:

Explicit Tractat⁹ de ps. CXL  
Incipit Tractat⁹ de ps. CXLI

### Prefatio.

**S**olenitati martyruū sicut deuotio celebratā v̄rē: ita nostre seruitur sermo debet. Sz meminisse oportet caritatē vestrā: hesterna die q̄ m̄la di- cta sint. Nō enī quia propter auiditatē in- terioris oris vestri: q̄ totū sermonē tāq̄ re- centes affūstis: ppter obliuisci debem⁹ infirmitatis cōmuniis: primo quia et hono rare oportet verba p̄clara sicut scriptū est: Preclara aut̄ verba sapiētiae sūt. Bñi dei sunt: p nos tāq̄ p vascula vobis munistrā tur: et si fictilia sūt vasa: sed panis celestis est. Ap̄lus dicit: Habem⁹ thesaurū istū in vasis fictilibus vt eminētia virtutē sit dei. Qui aut̄ thesaurus: idē et panis. Nā si nō idem esset thesaurus et panis: non de ipso thesauro alibi scriptū esset: Thebur⁹ desiderabilis requiescit in ore sapiētis: vir au- tem stultus glutit illū. Enī admonem⁹ ca- ritatē vestrā: vt ea q̄ audiendo tāq̄ v̄tre mēoria p̄ditis: rursus reuoluēdo et cogitā- do quodammodo ruminetis. Hoc ē enī the- saurus desiderabilis: req̄escit in ore sapiētis: vir aut̄ stultus glutit illū. Breuiter di- cit: sapiēs ruminat: stultus nō ruminat. Hoc aut̄ apte et latine quid est: Sapiēs cogitat ea que audierit: stultus aut̄ audita obliuio ni tradit. Neq̄ enim propter aliud in lege mūda ea dicta sūt animalia que rumināt: immūda q̄ non rumināt. Nā creatura dei oīs mūda est. Artifici deo: tā mūd⁹ ē agn⁹ q̄ porc⁹. Creavit enī omnia bona valde: et omnis creatura dei bona ē. Bicit apo- stol⁹. Et omnia mūda mūdis. Lū ergo in natura v̄trūq̄ sit mūdū: significatōe tamē agnus significat aliquid mūdū: porcus significat aliquid immūdū. Agnus sig- nificat innocentiam sapientie ruminatōis: